

Psalmus

nec (cum viris qui carnalit' viuunt) et proximus oderunt (vita' meaz) q' a me valde dissimiles sunt. **Quorum** opera iniusta sunt et iniqua et terra' eorum repleta est munerib'. pro quibus iusticiam et iudicium s' uerterunt innocentes condemnarunt verarunt vel interfecerunt. **Ego** autem innocenter per studium sancte vite (ambulanti) et ideo (libera me) a perditione impiorum futura et in periculis huius vite (misericordia tua) non deferat me sed in omnibus me comitetur. **Hoc** fac domine. q' **Dilectio** mea et affectio) que facile tibi solet non recessit a rectitudine et fidei et iusticie inter concucientes hereses et mundi grauiter senientes angustias semper stetit immobilis et persistens in directo itinere mandatorum tuorum et ideo miserere mei. q' si feceris q' diu ero in congregationibus hominum publice (benedicaz te domine) laudando et glorificando pro beneficijs tibi collatis a te.

Psalmus. XXVI. In quo vir iustus petit a deo gratia' ut sic in presenti pugnado preualeat contra hostes spirituales ut perueniat ad regnum. **Propheta** exaltas quemq' hominum non timere quoniam a deo fuerat illuminatus ait:

Dominus illuminatio mea illuminans et docens me contra tenebras ignorantie et fortitudo salutis mee) roborans infirmitatem

meam ut in bello possum resistere (que ego timebo?) nullum vereor vel timeo hostem insidiatorem vel persecutorem. **Domine** protector vite mee) ipse enim repellit omnes impetus et insidias hostium meorum (a quo ergo trepidabo) habedo talem. p'tectore' a nullo. **Dixi** non timeo aliquem. quia **Dux** p'secutores nocere (appropiant mibi) ut corpus meum rabido dente lacerent non magnifico quoniam non timeo eos qui occidunt corpus. animam autem occidere non possunt. **Quia** dominus p'tector vite mee est. **Inimici** mei qui persequunt me infirmati sunt) non potentes perficere qd' intendebant (et ceciderunt in ruinas) anime sue peruenientes. **Si** fortitudo testimoniorum. si impetus vitiorum. si molimina hostium (aduersum me commisit) non timebit cor meum) quoniam deus bellator fortis pugnat pro me. **Si** eturgat fortius (aduersus me prelium) a predictis inimicis (in hoc meo adiutorio figam spem victorie) et remunerationis amplioris glorie eterne. **Unam** rem petij a domino) pre ceteris (et hanc requiram) oratione perseueranter pro obtentu ipsius (ut inhabites in domo domini) .s. militasq' ecclesie ut q' diu uiuo nulla aduersitas me excludat ab unitate fidelium qui unitatem et veritatem dominice fidei per orbem terrarum tenent sed in ea permanea' semper. **Hoc** peto. eo fine **Ut** tadem (videam) per gustus (bonitatem dei) in qua summa delectatio est et summa pulcritudo (et visitem celeste templum eius) ubi cum sanctis fruam da-